



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

47 Possidens sundum indivisum cum pupillo gaudet privilegio pupilli.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

aminatus, dummodo fuerit approbatus,
eod. cap. 18. §. quod si jurispatronatus, sess. 24.
& ita tenet congreg. conc. super eod. cap. 18.
in decis. sub. tit. Hieracen. que incipit, vacan-
te parochiali.

40. Vacante † autem parochiali, de cuius
jurepatronatus dubitatur, in mense sedi A-
postolicae reservato, si presentatus ab al-
fertis patronis, de quorum praetenso inter-
esse agitur, fuerit ab Ordinario, ut ab ille-
gitimus patronis presentatus, rejectus; po-
terit Ordinarias ponere edicta in forma,
etiam lite pendente in curia Romana,
mortuo colligante possessore, & dare fi-
dem de magis idoneo ad effectum obti-
nendi provisionem à Sede Apostolica,
non obstante lite, ac praetenso jurepatro-
natus, si non fuerit approbatum jurispatro-
natus juxta dispositionem concil. Trident.
c. 9 sess. 25. de reform. ut declaravit sacra
congreg. super eod. c. 18. §. vacante ecclesia
parochiali.

41. Tempus † autem patronis laicis à jure
prefixum ad presentandum personas idoneas
à die vacationis, est quadrimestre
gloss. in cap. cum vos in verb. minus idonea. 4
de offic. ordin. cap. quoniam cap. cum
propter de jure patron. & cap. uni. §. ve-
rum licet eod. tit. in 6. sed patronis ele-
tricis tempus sex mensium est praeinitum.
dict gloss. in cap. cum vos, & eod. cap. uni. §.
verum.

Patroni † ecclesiastici eum, quem
dignitatem inter probatos ab examinato-
ribus judicabunt, Episcopo debent pre-
sentare, qui ipsum instituire tenetur.
Concil. Trident. d. cap. 18. §. si vero, vacan-
te autem parochiali jurispatronatus ecclae-
siastici in mensibus Sedi Apostolicae reser-
vatus, Episcopus, nulla habita ratione patro-
norum, edicta concursus proponere, &
idoneum eligere debet, illaque fidem (us
approbationis) Romam mittendam tri-
buere, ut à summo Pontifice instituatur, ut
fieri solet in alijs parochialibus, quæ non
sunt jurispatronatus, congreg. conc. su-
per eod. cap. 18. in decis. sub tit. Bracaren.
que incipit, si beneficium curatum, † si verò
institutio parochialium jurispatronatus
ecclesiastici ad inferiores collatores, licet
ad Abbates, & exemptos, pertineat, Epi-
scopus ordinarius, in cuius diœcesi est be-
neficium, edicta concursus proponere, &
inferior magis idoneum ab Episcopo ap-
probatum instituere debet, quod si securus
fiat, collatio est nulla, ut ibidem sub eod. tit.
Bracaren. §. si institutio; † vacante autem
parochiali ad institutionem, seu presenta-
tionem capituli, potest Episcopus cum ro-
minatis à capitulo, tanquam patrono, alios
ad concursum admittere, quando autem
institutio spectat ad Episcopum, capitulo
tenetur presentare Ordinatio dignio-
rem inter probatos ab examinatoribus, ut
ab eo instituatur, si vero institutio à capi-
tulo facienda est, † Episcopus solus debet
eligere dignitatem. ut in ead. decis. sub tit.
Bracaren. §. vacante parochiali.

Si autem † jurispatronatus militum, ec-
clesiasticum, & laicale fuerit, idem quod
de ecclesiastico erit judicandum, cum ec-
clesia loco populi habeatur, glo- in li-
bertas. C. de excus. tut. glos. 2. in l. republi-
ca. in fin. quib. ex cau. mai. & glos. in l. non
est ignotum C. de admin. tut. etiam, si duae
partes illius pertineant ad laicos patronos,
ut in ead. decis. sub tit. Bracaren. §. si juspa-
tronatus, & quod etiam.

Quia, † quemadmodum possidens fun-
dum individuum cum pupillo retinet viā,
qua in

quam alias per se ipsum non retineret. l. si communem. cum gloss. & ibi. Batt. ff. quendam. serv. amit. & in l. i. num. 6. & 7. C. si incomm. eademque cau. & in integr. refit.

48 Ita † in individuis privilegium ecclesiae transit ad laicum glos. fin. d. §. rerum dejur. paron. in 6. & tunc, quamvis patrone laico infra quadrimestre tempus accumulative liceat variare, non autem ecclesiastico cap. cum autem, & ibi glos. in rer. personal. de jur. patron. & Abb. nu. 1. & 2. non poterit tamen variare, quia cum de quadrimestre sentiat commodum lemetris, debet sentire & in commodum quod variare non possit, cap. qui sentit, de reg. Jur in 6.

49 Vacante † parochiali ecclesia, cuius collatio spectet ad Archidiaconum, aut alium inferiorem collatorem, jus edita proponendi, examinandi, eligendique virum magis idoneum in demovni locum ad Ordinarium pertinet, non autem ad collatorem, eod. cap. 18. §. per acto, seff. 24. §. & † provisiones ab inferioribus collatoribus sine concursu factae, sunt nullæ, & hoc casu debent Episcopi locorum edita concursus proponere, & qui prædictis parochialibus in concursu fuerint approbati, Ronam pro expeditione litterarum mittere tenentur, quia, hoc casu, provisio hartum parochialium, forma concursus omisi, collatarum vacantium, ad Sedem Apostolicam cui est reservata, spe stat, per Bull. Pij V. de collatione parochialium ecclesiasticum, de qua in Bull. cap. 32. & ita fuit à laica congreg. conc. decisum super eod. cap. 17. sub tit. Lacen. que incipit; capitula, & inferiores. Vacantibus enim parochialibus ecclesijs ad collationem Ab-

batum, seu aliorum inferiorum. Episcopi edicta concrus proponere debent, & approbatis ab Episcopis Abbates, & alij inferiores parochiales conferre tenentur, ut super eod. cap. 18. in decis. sub. tit. Tervisin. Mutinen.

51 Si vero † inferior haberet præventionem collationis cum Ordinario, deberet, habita notitia vacationis parochialis, coram notario declarare se velle dictam parochiale conferre, & ideo rogare Episcopum, ut proponat edita, & hac ratione tuebitur jus suæ præventionis, ut ibid. in decis. sub Compostell. que incipit. hoc ex. men.

52 Interim vero † custodia, & administratio bonorum parochialis vacatis, cuius collatio ad inferiorem pertinet, spectat ad vicarium, quem solus Episcopus deputat, cui soli spectat deputatio vicarii, donec parochiali de rectore provideatur, congreg. conc. super eod. cap. 18. in decis. sub. titul. Aquilan. Lacen. & sub tit. Ravennaten. que incipit, custodia.

53 Commendatarius † autem Abbatie exemptæ, existentis intra fines alicujus diœcesis, & habentis jura quasi Episcopalia non potest facere concursum beneficiorum curatorum, sed hoc spectat ad Episcopum, in cuius diœcesi est Abbatia, qui electo magis idoneo, mittat eundem ad commendatarium pro collatione, ut ibidem in decis. sub. tit. Salmantin. Veronen. Ravennaten. que incipit. commendatarius Abbatie commendatarius vero † Abbatie habentis jura Episcopalia, & quilibet inferior Prælatus habens omnimodam jurisdictionem Episcopalem, nec alicui subdeditus, sed immediate subjectus Sedi Apostolice potest coram se, vel suo vicario de beneficio curato vacante concursum facere,

D d. 3

cav. 3